



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XXXIX De Tolerantia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

HAY. DE VARIET. LIB

- Luc. 2.** Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Qui anteq̃ ad cælestia carne ascenderet, ait: In patientia ṽra possidebitis animas vestras.
- Luc. 21.** Sic & apostolus Paulus ait. Patientia vobis necessaria est vt voluntatē dei faciētes reporretis promissionē.
- Heb. 10.** Item: Pacem sequamini cum omnibus & sanctimoniā, sine qua nemo deum videbit. Hinc Iacobus ait. Patiētia aut̃ opus perfectū habeat, vt sitis perfecti & integri in nullo deficiētes. Beatus vir qui suffert tentationē quoniā cum probatus fuerit accipiet coronā vitæ quā repromisit deus diligētibus se. Hic
- Heb. 12.** Salomon ait: Melior est patiens viro forti, & qui dominat̃ animo suo, expugnatore vrbiū. Pacē igitur charissimi habeamus, quia pacificos & cōcordes deus in domo sua habitare præcepit, vt qui filij dei esse cœpimus in dei pace maneamus, & quibus spiritus vnus est, vnus sit & animus & sensus. Beatissim⁹ nāque martyr Cyprianus elegantissimū de bono patientiæ scripsit librū, quē qui legere voluerit, pleniter in eo, quale sit bonū patiētia, inuenire poterit.
- Cyp.**

De Tolerantia. Cap. XXXIX.

- Greg.** **S**I filij electorū sumus, restat necesse est vt per eorū exempla gradiamur. Bonus enim non fuit qui malo tolerare recusauit. Hinc namq̃ est quod de semetipso beatus Iob asserit dicens. Frater fui draconū & socius strutionum. Hinc p̃ Salomonē sponsi voce sanctæ ecclesiæ dicitur. Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Hinc ad Ezechielē
- Iob. 30.** **Cantico. 2.** **Ezec. 2.** elem dominus dicit, Fili hominis ne timeas eos, ne

LIBER SECVNDVS.

que sermones eorū metuas, qm̄ increduli & subuersores sunt tecū & cum scorpionibus habitas. Hinc ^{2. Pet. 2.} Petrus beati Loth vitā glorificat dicens. Et iustum Loth oppressum à nefandorum iniuria ac luxuriosa cōuersatione eripuit. Aspectu enim & auditu iustus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Hinc Paulus di ^{Phil. 2.} scipulorū vitam & laudat & roborat, dicens: In medio nationis prauæ & peruersæ inter quos lucetis sicut luminaria in meridie verbū vitæ cōtinentes. Hic Ioannes Pergami ecclesie attestatur dicens. Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ, & tenens nomen meū non negasti fidē meam. Ecce fratres charissimi pene om̄ia percurrendo cognoscimus, quia bonus non fuit, quē malorum prauitas non probauit. Vt em̄ ita loquar, ferrum nostræ animæ nequaquā producit ad subtilitatē acuminis, si hoc non eraserit alienæ lima prauitatis. Tolerem⁹ igitur aduersarios nostros, sed sine cessatione amemus quos toleramus, eisq; quæcunq; possumus bona, hilari animo tribuam⁹. Quia hoc solum deus sacrificiū accipit, quod ante eius oculos in altari boni operis, flamma charitatis incendit. Hinc dominus in euangelio ait: Diligite inimicos ve ^{Mat. 5.} stros, bene precemini his qui oderunt vos, & orate pro psequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cælis est.

**Qualis debeat esse tolerantia seruorum
dei tempore tribulationis. Cap. XL.**